



Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Institutiones Theologiæ Mysticæ, Seu Facilem & practicum modum
Exercitia Spiritualia S.P. Ignatii Loyolae per octiduum faciendi - item
triduanam recollectionem fructosè instituendi complectens, Et
Sacerdotibus Præcipuè, aut de Sacerdotali Statu suscipiendo
deliberantibus accomodata, Una cum ...

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1680

Qvinta Dies.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48834](#)

Exercitiorum.

329

in corde tuo voluntatis divina, non quarendo, quia tua sunt,
ne in parvo, nec in magno, nec in tempore, nec in eternita-
tib. 3. c. 25.
III. Ergo quando DEVS Omnipotens & Altissimus, qui
aeterna creavit ex nihilo, se Homini propter te subjecit, disce
temperare pulvis: disce voluntates tuas frangere, & ad
miseris subjectionem te dare. I. 3. c. 13.
Legatur etiam I. 1. cap. 9.

Q U I N T A D I E S.

Tessera:

Vivo autem, iam non ego: vivis vero in me Christus.
Gal. 2.

M E D I T A T I O I .

D E C H R I S T I B A P T I S M O , I E I V N I O ,
E T T E N T A T I O N I B V S .

Scopus.

Mediorum à Sacerdote adhibendorum constans
& serius usus.

Punctum I.

Considera I. Cur Christus eo tempore, quo cum Proxi-
mo agere, eis que salutem procurare decreverat, prius ba-
gnari a S. Joanne, & accipere Spiritum Sanctum, & audire
vocem de caelo dicentem: *Hic est Filius meus dilectus, in*
omnibus bene complacui: ipsum audite: voluerit, nimurum
Exemplo suo primam dispositionem in Apostolo & Pasto-
re Animarum requisitam doceret, quae est, ut ejusmodi Apo-
stolus ait Pastor prius suas infirmitates & peccata agnoscat,
deque ob eas ex corde despiciat, nec meliorem alijs Homini-
bus judicet; deinde ab omnibus suis sordibus & peccatis per
Baptismum Poenitentiae, & firmum propositum accuratissi-
mum ejusmodi sordes deinceps vitandi (ne, dum alios purgare
cupit, maculet potius) & omnem Justitiam implendi mun-
dere studeat; & præterea non prius istud officium curamque
fasciat, quam legitimè à DEO vocatus, ac per Superiores
suos

X 3

suos legitimè approbatus & expositus sit, sìcque & ipse ad
re mereatur à DEO Patre: *Hic est Filius meu dilectus in
quo mihi bene complacui; ipsum audite.* Aut à Christo: *Nisi
vobis me elegistis, sed ego elegi vos, et posui, ut eatius, & fo-
rum afferatis, et fructus vester maneat.*

Considera II. Quād è quum sit, ut ejusmodi dispository
Apostolus aut Pastor Animarum habere studeat; si enim
ste S. Paulo Hebr. 5. nullus sibi assumit honorem, sed que-
catur à DEO tanquam Aaron; neque ullus etiam in
Mundo facilè tam temerarius & impudens reperitur, qui
tro se ad proximam dignitatem post Regem aut Principe-
non vocatus aut electus intrudere prælumat; quanto
decebit Sacerdotalem & Pastoralem dignitatem, quæ per
S. Diouysum divinorum Officiorum divinißimum est, in
legitima vocatione & præparatione assumere?

Considera III. An tu cum tali dispositione accesseris
hoc officium; & si quidem accessisse sic dispositus te adven-
gaude, & confirma, quod egisti; si minus, corrige, & emend
da, quod neglexisti. Colloquium.

Punctum II.

Considera I. Cur Christus post Baptismum in Eremum
cesserit, ibique quadraginta dies in jejunio & oratione con-
sumperit, nimirum ut iterum exemplo suo doceret Sacer-
tates & Pastores Animarum, quomodo se ad subsecundum
Officio Pastorali tentationes præparare deberent; scilicet
racides cuivis Servo DEI suasit: *Fili, accedens ad ser-
tem DEI, sta in Iustitia, et in timore, et prepara anima-
tuum ad temptationem;* quantò magis ejusmodi tentationem
timere debebit is, qui non solum ipse abrenuntiat Diabolum
& à Vexillo illius fugit, sed alios etiam ad similem fugam
impellere conatur? nam, ut rectè S. Gregorius l. 14. m.
c. 13. dixit, quantò magis eos sibi oppositos Diabolus con-
fundit amplius expugnare contendit.

Considera II. Quibus potissimum armis seipsum infen-
ixerit, & adversus incursum Hostis præpararit, ijs videlicet
qua ipsem Marc. 9. indicavit dicens: *Hoc genus in nunc
potest exire, nisi in oratione et in jejunio;* nam Oratio quidem
ut S. Beda loquitur, *Dæmones fugat, ac Angelos ad auxilium*

Salutū invitat: Scutum est in nocturnis terroribus,
dilectus laborum. Jejunium verè, teste S. Maxi-
christo: R.
atius, & hom. 25. Murus quidam est Christiano, inexpugnabilis
Diabolo, intransfribilis Inimico. Quis enim unquam
Christianorum jejunavit, & captus est?
Considera III. An & quomodo tu hactenus his armis usus
fueris, & uti deinceps velis. Colloquium.

Punctum III.

Considera I. Cur Christus antè, quam prædicare, & alia
Officia ad salutem Proximi spectantia exercere incepit,
tunc à Diabolo, triplicemque ab eo Victoriam reportare
voluit, nimirum ut omnes Pastores & Apostoli disserint,
nil magis necessarium esse, ad hoc, ut fine damno suo in-
vigilare saluti Proximi possint, quam ut prius triplicem vi-
ctoriam contra Mundum, Carnem, & Diabolum obtinere,
for quod idem est, Divitiarum, Voluptatum carnalium, &
Honoris, ac Gloriæ inordinatum appetitum vincere studeant,
irformidabiles facti Hostibus tanto facilius & audaciùs et-
sum alios contra ejusmodi Hostes educere, ac conciliare
quint.

Considera II. Quibus armis præcipue Christus usus sit in
tentationibus istis, nimirum gladio Spiritus, quod est Ver-
bum DEI Eph. 6. dum eidem semper sententiam quandam ex
Scriptura, voluntatem DEI comprehendentem opposuit,
eique feliciter fugavit.

Considera III. Quam aptum fit hoc Instrumentum ad Ho-
stes vincendos, idque ex S. Paulo ad Hebr. c. 4. disce: *Vivus
sermo DEI, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipit,
& pertingens usque ad divisionem animæ ac Spiritus.*
Vide proin, quomodo tu hactenus eo usus fueris, & uti deinceps
velis. Colloquium.

Vide etiam Maenium fol. 257. & 498. & Sacerd. Chri-
stianum Ludovici Abellij fol. 318. & seqq.

Conclusiones.

- I. Ergo noli securus esse, noli credere, licet in modum
agni fūsum aquor arrideat, licet & ix summa Elementis
spiritu terga criffentur: magnos hic campus montes habet,

328 *Practica Exempla*
intus inclusum est periculum, intus est hostis. S. Hier. Epist. ad Heliod.

II. Ergo resistamus Diabolo, & fugiet à nobis, nam in hoc bello, teste Gebbenensi Antistite, certi sumus Victoria, dummodo contra Hostes pugnare, ipsorumque sultibus resistere velimus.

III. Ergo fuge Occasiones temptationum; qui enim mis, ne intremus in temptationem, sicut temptationum occiones querere non debemus, ait recte D. Chrysostomus hom. in Matt. Quantum igitur possumus à Lubrico recedam, qui in sicco parum firmiter stamus. Senec. Epist. 117.

Legatur etiam ex lib. 1. de Imit. Christi. c. 13.

M E D I T A T I O II. pro quinta die.

D E V O C A T I O N E A P O S T O L O R U M

Scopus.

Imitatio Apostolorum in implenda Vocatione.

Punctum I.

Considera I. Quos elegerit Christus pro Apostolis nimirum, ut S. Paulus Epist. 1. ad Cor. cap. 1. loquitur, Sapientes secundum carnem, non potentes, non nobilis, rudes, ignobiles, & pauperes Piscatores. Ad quem faciem elegerit, nempe ut essent Socij sui in perficiendo Redemptoris opere, suminamque adeo post ipsum dignitatem obtinent, uti S. David Ps. 72. prædixit dicens: *Mihi autem honorificati sunt Amici tui D E U S: nimiris confortatus Principatus eorum.*

Considera II. Cur tales potius viros, quam alios a stolos elegerit, nimirum ob causam ab eodem S. Paulus cit. assignatam: *Quae stulta sunt Mundi elegit Deus, ut confundat Sapientes: Quae infirma Mundi elegit Deus, ut confundat fortia: Quae ignobilia Mundi ac contemptibilia elegit Deus, ut non glorietur omnis Caro in conspectu eius.*

Considera III. Quantus favor & beneficium per hanc Vocationem Apostolis & tibi obtigerit, quamque adeo omnino

Hier. Ep. quatum adhibere debebas, ut, sicut eodem cum illis te ho-
bit, Jn. ntre & favore dignatus est Christus, ita tu quoque simili-
te summa- um Apostolis celeritate ac perfectione vocationem tuam
rūmque impleas. Vide proin, quomodo id hactenus feceris, & fa-
me deinceps velis. Colloquium.

Punctum II.

Confidera I. Quām promptē Apostoli Christū vocan-
tē secuti sunt, nimirum relictis omnibus statim secuti sunt
eum. Luc. 5. nescit enim tarda molimina Spiritus Sancti
putta.

Considera II. Cur tam celeriter eum secuti sint; quia vi-
dilice interius illustrati, non humanam in eo vocem, sed
divinam audire se credebant, atque adeò à quo, ad quem fi-
nem & terminum vocarentur, perpendebant.

Considera III. Quantò promptius perfectiusque tu ipsum sequi debetas, ut qui & clarius cognoscis, quis sit, qui te vocat: & quid sperare possis, si cum sequareis, nimirum id, quod o. 8, ipse me promiserat dicens: *Qui sequitur me, non ambulat in tenebris.* Non in *tenebris ignorantia*, quia ipse est lux vera illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum. Non in *tenebris mortis*, quia ipse est veritas & vita: Non in *tenebris infamia*, quia nimis honorati sunt amici eius: Non in *tenebris peccatis*, quia qui cum ipso ambulat, in luce ambular, atque adeo opera tenebrarum non amat. Resolute teigitur, & conclude, vel nunc cum Apostolis omnia impedimenta abiecere, ut tantò promptius ipsum sequias. Colloquium.

Punctum III.

Confidera I. Quod non celeriter tantum secuti Christum
sunt Apostoli, sed etiam constanter ei adhaeserint, atque in
procuranda divina Gloria, ac animarum salute insigniter ei-
dem cooperati sunt.

Considera II. Quād æquum sit, ut tu quoque tantò ardentius & efficacius Deo in lucrandis animabus tibi commissis coopereris, quanto majus tibi per vocationem beneficium collatum est, & quanto clarius tibi apimarum talium pretium constat, utpote pro quibus nōsti, ipsum Dei Filium.

non dubitasse, tot labores suscipere, tot cruciatus & com
melias perferre, & ipsam denique vitam sanguinemque
fundere. Unde meritò quondam S. Ludgardi vulnera offen
dens dixit: vide, filia, quomodo hæc vulnera clamant, i
efflagitent, ne sinas ea frustra me pro peccatoribus obli
se, sed lacrymis & afflictionibus corporis offensum Patrem
placere studeas. Hinc certè S. Paulus Rom. 9, de fato
fatebatur: *Tristitia mihi magna est, & continuus dolor in*
di meo. Optabam enim ego ipse Anathema esse à Christi
fratribus meis. Et, ut Act. 20, dicebat, *per trienniumque*
& die non cessavi cum lacrymis monens unumquemque
strum.

Confidera III. Quid tu hac in parte egeris, aurentiam
incepis acturus sis; an non dices cum S. Paulo 2. Cor. 1.
Ego autem libenter impendam, & super impendam
pro animabus vestris, licet plus vos diligens, minus diligens.
Colloquium ad Christum.

Vide Malenium fol. 509. aut Sacerd. Christ. Med. fol. 477.

Conclusionses.

I. Ergo audi Christum illis Apostoli Eph. c. 4. viii
monentem: *Obsecro vos, ut dignè ambuletis vocati, ut*
vocati estis, cum omni humilitate & mansuetudine. In
terum cum D. Petro 2. c. 1. Quapropter, fratres, magis lo
*tagite, ut per bona opera certam vestram vocationem faci
tis; sic enim abundantius ministrabitur vobis intratu*
aternum regnum Domini nostri.

II. Ergo audi S. Franciscum suos monentem: *Magni*
*tres, promissimus, majora promissa sunt nobis: Noli en
tendere, quod pondus feras in officio, sed quod proximi*
sperare possis in termino; sic enim omnes dies & labo
videbuntur pauci præ amoris & spei magnitudine.

III. Ergo toto pectore in lucrum animarum incumbit
huc enim magistra lex tendit, teste S. Gregorio Naz.
inter Christum & legem interjecti Propheta; *huc spiritu*
legis Perfectio & finis Christus: huc exinanita Deitatis
assumpta caro: huc nova illa mixtio, Deum, in qua,

Atque hac omnia propter omnia, & pro uno illo genere nisi nostri Principe in unum coierunt.
Intra officia clamen, bus oblationis sum Patrum, de febre, ad dolorum a Clericorum nienque.

CONSIDERATIO
pro V. Die.
**DE ACTIONIBUS AD PROXIMUM
SPECTANTIBVS.**

Punctum I.

Ante omnia da operam, ut bene intelligas, quantopere ad dilectionem Proximi varijs ex titulis obligeris. 1. Quia Deus jubet, ut eussicut te ipsum diligas; additque in hoc universam legem & Prophetas pendere: ecce majus omnibus holocaustis & sacrificijs. 2. Pater æternus quid magis requirit, quam ut, sicut omnes ejus Filii sumus, ita fratrem quoque affectu invicem diligamus; hinc teste S. Joanne 1. c. 4. *hoc mandatum habemus à Deo, ut qui diligit Deum, diligat & fratrem suum.* 3. Filius Dei quantopreteram requirat, ipse satis Jo. 13. indicavit dicens: *In hoc cognoscunt omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem.* 4. Sed & Spiritus S. cum sit anima corporis Christi, nihil magis desiderat, quam ut membra omnia arctissimè per charitatem in vicem sint conjuncta; hinc Ecl. 35. dicitur: *In tribus placitum est spiritui meo, quae sunt probata coram Deo & hominibus. Concordia fratrum, & amor proximorum, & vir & mulier sibi bene consentienter.* 5. Quam S. Dei Mater & alij Cœlites eam desiderent, vel ex eo colligere licet, quod, sicut illi arctissima inter se unione sunt conjuncti, habentes cor unum, & animam unam, ita eandem quoque charitatis unionem videre in nobis geriant, ut Jerosolyma haec terrestris, cœlestis illius quandam imaginem referat, & Ecclesia militans triumphanti quoad hoc sit conformis. 6. Denique quantopere ipsa tua tam supernaturalis, quam naturalis vita ratio eam à te requirat, vel inde colligitur, quod utrōcmodū modo spectati tu & Proximus fratres sitis ejusdem Patris, eodem Christi sanguine Redempti & regenerati, ejusdem quoque corporis mystici membrorum.

332 *Practica Exempla*
membra, ad eandem regni cœlestis hæreditatem vocati. Vnde ergo, quām potentes sint hi tituli ad fraternam dilectionem singulare studio exercendam, & foyendam,

Punctum II.

Incipe considerare, quid dilectio hæc à te requirat, & quomodo singula capita haec tenus observaris. Ut autem unius ordinatiū id agas, distinguere potes proximum tuum in tres classes, in superiores scilicet, æquales, & inferiores, singulas iterum in alias species subdividere hoc vel simili modo.

§. I.

Observanda erga superiores Personas.

I.

Erga Ecclesiam.

Insignis Honoratio

Per virtutē sanctitatem,

Familialis subjectio

Per officij Fidelitatem,

Fortis propugnatio

Per doctrinæ potestatem.

II.

Erga Episcopos, aliosque Superiori

Summa reverentia,

Quia DEI Vicarij,

Charitas ingenua,

Quia Parres p̄fissimi,

Obedientia promptissima,

Quia Pastores optimi.

III.

Erga Magnates,

Honoris justi oblatio,

Propter statūs eminentiam,

Favoris conservatio

Propter virium potentiam,

Locutionis cautio

Propter periculi præsentiam.

§. II.

Observanda erga Äquales.

Exercitiorum.

333

I.

Erga alios Sacerdotes.

- Concordia in affectu
Propter vineulum Fraternitatis.
Reverentia in colloquio
Propter meritum dignitatis.
Promptitudo in obsequio
Propter titulum æqualitatis.

II.

Erga Benefactores.

- Beneficij agnitionis
Per dignam æstimationem.
Gratiarum actio
Per crebram prædicationem.
Vicissitudinis exhibitio
Per obsequiorum delationem.

III.

Erga Inimicos.

- Injuriæ condonatio
Per divinam dilectionem.
Orationis oblatio
Per ignorantizæ prætensionem.
Amoris conciliatio
Per beneficiorum collationem.

IV.

Erga Vicinos & Amicos.

- Pacis constans dilectio
Propter communem consolationem.
Jurium conservatio
Propter Justitiaæ defensionem.
Auxilij oblatio
Propter Amoris obligationem.

V.

Erga Mulieres.

- Ratissima Aſpectio
Propter castimoniaz conservationem.
Brevissima colloquio
Propter publicam ædificationem.
Cautissima conversatio
Propter lapsus devitiationem.

VI.

Erga Pauperes & Miseros.

Suavis allocutio

Ad causandam consolationem.

Christiana Compassio

Ad demonstrandam dilectionem.

Amorosa subventio

Ad faciendam sublevationem.

Erga Hospites.

Benevolia exceptio

Propter hospitalitatem.

Liberalis tractatio

Propter charitatem.

Jucunda conversatio

Propter hilaritatem.

Erga Defundatos.

Crebellima recordatio

Propter gratiae societatem.

Tenerima commiseratio

Propter paenae acerbitatem.

Celerrima subventio

Propter auxilij necessitatem

Observanda erga Inferiores.

Erga Parochianos.

Amor universalis

Propter causae similitudinem.

Zelus prudens

Propter officij amplitudinem.

Vita exemplaris

Propter suasionis aptitudinem.

Erga Domesticos.

Impera discretè negotium

Propter infirmitatem.

Exige mansuetè supplicium

Propter charitatem.
Redde fideliter præmium
Propter æquitatem.

Punctum III.

Porro ad hæc charitatis fraternæ officia præstanta prode-
re frequenter unum vel alterum ex sequentibus inedijs ad-
libere.

I. Asuelce omnes proximos, cum quibus tibi agendum
fuerit, ut imagines & exemplaria Dei intueti; sic enim non
modicum senties stimulum, & ad omnem proximi læsio-
nen studiosè cavendam; & ad omnem illi honorem &
reverentiam exhibendam; quem enim horrorem non sentis, si
imaginem aliquam sacram ab irato aliquo homine ex indi-
gatione lacerari, vel alio modo in honotari vides; quantò
magis horribus tu ipse proximum offendere, si cundem ut
nimam Dei imaginem contempleris.

II. Asuelce pariter, cundem proximum ut ipsum Christum
intueri, illámque Christi sententiam firmiter menti impri-
mete: *Quantum fecisti uni ex his fratribus minimis meis,*
nobis fecisti. Matt. 25. Quam enim promptitudinem, læti-
tiam, & fervorem non in te experireris, si Christum alicubi
vel agnontantem, vel aliâ in miseria constitutum, & tuam o-
penitentem jacere scires; quam grandem displicantiam
offenderes, imò etiam omni possibili modo dehortareris &
adhiberes, si quempiam malè de eo loquentem, murmuran-
tem, aut alio modo injuriantem aspiceres; quantò minus i-
pse hæc proximo tuo facere præsumes, si in eo Christum in-
ueti studueris.

III. Asuelce proximum tuum ut fratrem non carnalem,
sed spiritualem intueri; si enim fraternitas carnalis tanto-
pe impellit ad mutuam charitatem & obsequia exhibenda,
omniaque mala, quæ nocere fratri possunt, summo studio
arcenda; quantò magis fraternitas spiritualis, quæ ex no-
vissimo Christi sanguine ortum trahit, & cohæredes regni
coelestis facit, similem affectum cordi ingenerabit, atque ad
omnia bona proximo optanda, & procuranda impellet; ma-
la vero, quæ ei accidere possunt, omnia arcebit.

Vide ergo, quomodo hæc media hæctenus adhibueris, aut
adhibere deinceps velis.

Leg*

Proprietary

MEDITATIO III.
Pro quinta Die.DE TRIENNIO ULTIMO CHRISTI AN
PASSIONEM EXACTO.

Scopus.

Imitatio Christi in agendo cum Proximo:

Punctum I.

Considera I. Quid Christus totò hoc triennio egerit; mirum id, quod ipsem Luc. 12. dixit: *Ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi ut accendatur?*

Considera II. Quod iste ignis non sit alijs, quam ardenterissimus majorem æterni Patris gloriam, & animalem salutem querendi; quem tribus potissimum instrumentis seu medijs declaravit, videlicet orationibus continuis, & hortacionibus solidissimis, & beneficj corporalibus & ritualibus; hoc enim triplex illud est vinculum, quod dulcer rumpitur, & de quo ipse per Prophetam Oream dicit cap. 11. *In funiculis Ada traham eos: in Funicula charatis.*

Considera III. Cùm tu ob eundem finem ad statim confidatorem & curam animarum vocatus sis, quantopere seat, ut eundem zeli ardoris ignem in te primum accende, deinde verò etiam per supra dicta tria media declarare studeas. Examina proin, qualēm in te haecenus alius expertus sis, & quomodo deinceps saltrem eum in te magis accendere, & fovere velis. Colloquium.

Punctum II.

Considera II. Cur Christus ad zelum suum explicando ignis similitudine sit usus, nimirum ut per hoc indicaretur perfectum fore zelum nostrum, si ignis proprietates habuit. Et I. quidem sicut ignis, dum alios calefacit, sensum sursum tendit, ita & tu, dum cum alijs agis, meatem per nam intentionem, & pias aspirations semper ad celos exspectas.

fol. 40sp. habebas. II. Sicut ignis, dum alias res accendit, nihil
valore suo proprio amittit, ita & tu diligenter caveas, ne,
an alias calefacere studes, ipse in propriæ perfectionis
modo intepescas. III. Sicut ignis paupereim æquè ac divi-
nus calefacit, ita & tu æqualem omnium curam suscipias, ubi
TANTALUS est necessitas. IV. Sicut ignis magis propinquos
viam & citius accendit, ita & tu primam eorum cu-
m habebas, qui ob majorem necessitatem magis tibi pro-
pinqi sunt, magisque auxilium tuum exigere videbuntur.
V. Sicut ignis cupit omnia in se convertere, ita & tu, quan-
dum te est, omnes charitate Dei & proximi flagrantes effi-
cere studeas. VI. Sicut ignis prius exiccat rem, quam ac-
cendere cupit, ita & tu peccatores prius à peccatis & carnali-
bus desiderijs liberes, quam eos ad varias virtutes exerce-
deris, & instruas. VII. Sicut ignis non extinguitur,
quam cum lignum adest; ita & tu zelum tuum non prius ex-
tingui finas, quam vita te, virisque, & occasio deficiant.

Confidera II. Quam efficax hic modus aptusque sit ad a-
ntiuas, et luctandas, ut qui, sicut ignis proprietates in se conti-
libus & his, ita maximam quoque, perinde ut ignis, efficaciam ha-
bit, quod animas amore Dei inflamandas, & per hunc velut pro-
eam dicentes, Dei Filiorum Tesseram æternæ beatitudinis capaces
etiam ad celum adhuc tendendas.

Confidera III. An tu hactenus similem zelum habuoris,
et statim sed sinecups saltem procurare velis. Golloquium.

Punctum III.

Confidera I. Quibus motivis veluti lignis usus fit Chri-
stus ad hunc in te zelum excitandum & fovendum; nimi-
us in te magnis tribus præcipue. I. *Aëstimatione Gloriae divine:*
quoniam tanti sciebat esse faciendam, ut etiam infinitorum
mundorum salus cum illa comparata nihil sit æstimanda,
cum hac limitata duntaxat & finita sit, illa autem omni li-
gno ac termino careat. II. *Aëstimatione animarum:* t
uas sciebat, tanti à Deo Patre æstimatas, ut non dubitaret,
quoniam unigenitum suum mittere ad easdem ab interitu li-
git, semper intendendas. III. *Aëstimatione præmij pro ejusmodi zelo of-
ferendi:* Si enim teste S. Chrysostomo, gratius Deo obsequiū
celos erit, qui unicum peccatorem convertit, quam si immen-
sas.

Instru&. VIII.

X

fas

fas divitias in pauperes erogâset; facilè appetet, quâm
gens præmium à Deo olim sperare possit, qui omnem
potiorem certè vitæ suæ partem ejusmodi zelo exerceat
impedit.

Considera II. Quâm efficacia sint hæc motiva ad amandum
quoque animum ejusmodi zelo inflammandum; si enim quod
dæmon ex odio divinæ gloriae & hominum, majori, alij natu-
ræ quondam fassus est, impetu in perniciem animarum
tur, quâm torrens rapidissimus ex altissimo monte in
etiam vallem ruit; quantò magis amor divinæ gloriz
marum simile in te desiderium easdem salvandi exerce-
terit.

Considera III. Quomodo tu hactenus istis mouvi-
tis, & uti deinceps velis.

Vide etiam Mafenium fol. 509, aut Sacerd. Christ. p.
11. & p. 5. med. 16.

Conclusions.

I. Ergo tales habentes Dominum, tam misericordem
tam benignum, tam mansuetum, tum nostris, tum fratris
nostrorum curam geramus; nam & hoc nostra salutis
mentum erit & occasio, si non solùm pro nobis ipsi sed
sed & proximo utiles fuerimus, ipsum ad viam veritatis
manuducentes. S. Chrysost. hom. 3. in Gen.

II. Ergo in quantum te profecisse pensus, etiam
tecum trahé, in via Domini socios habere desidera:
Deum tendis, cave, ne ad eum solus venias. Hinc in
calypsi c. 22. scriptum est: Quid audit, dicat: Veni,
jam in corde vocem superni amoris acceperit, foran
proximis vocem exhortationis reddat. S. Greg.

III. Ergo offerte Deo & dic cum Isaia: Ecce, Domine
mitte me. Nam, ut bene S. Gregorius Theol. adven-
tus magno & Deo, & sacrificio, & Pontifice dignus,
qui prius seipsum Deo hostiam & inventem, & sandau-
buerit, rationalēmque cultum, gratum atque acceptum
stenderit.

Legatur etiam l. 2. c. 3. de imit.

TERTIA HEBDOMAS.

Scopus hujus hebdomadis est, Christi virtutes in patientia exercitari, quæ uti specialem in se difficultatem, iuvam admodum; sed etiam dignitatē & excellentiam continent, ita spem; si ergo quoque considerationem merentur, pro qua proinde majori, integratius integrum tertiam hebdomadam assignavit.

SEXTA DIES.

Tibera. Exemplum dedi vobis, ut, quemadmodum ego faci, ita & vos faciatis. Jo. 13.

MEDITATIO I.

DE LOTIONE PEDUM.

Scopus.

Sacramenti Penitentiae rite peragendi & administrandi propositum.

Punctum I.

Considera I. Cur Christus ante institutionem SS. Sacramenti Discipulis suis pedes lavare voluerit, ut scilicet suo exemplo doceret omnes futuros Sacerdotes, quanta cum puritate conscientiae & ipsi ad SS. Sacramentum Eucharistiae accedere, & alios ad id suscipiendum præparare debeat.

Hinc invenimus, ut non solum sacerdotem, sed etiam alios, qui adhuc mortalis incarnari & nasci voluit, non nisi puritate & ab ipsa etiam originali macula immunis Virginis institutum elegit; quanto magis nunc tam gloriosus sumus ab ijs, qui eum suscipere volunt, sanctitatem & puritatem requirent.

Considera III. Si ab omnibus Christianis tanta puritas requiriatur, quanto major ab ipso Sacerdote jure meritissimo exigatur, ut, qui non simplici tantum modo eundem suscipiat, ut alij Christiani, sed etiam consecrat, & per modum immaculati sacrificij æterno Patri offert. Vide ergo qua-

Y 2 lena